

Biblioteka
Główna
UMK Toruń

03939/13

POLSKA AKADEMIA UMIEJĘTNOŚCI

ARCHIWUM FILOLOGICZNE NR 13

GUSTAVUS PRZYCHOCKI

DE MENANDRI COMICI CODICE
IN PATRIARCHALI BIBLIOTHECA
CONSTANTINOPOLITANA OLIM ASSERVATO

ACCEDUNT
TABULAE II ET CATALOGUS BIBLIOTHECAE PATRIARCHALIS
CONSTANTINOPOLITANAE

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE POLONAE LITTERARUM
APUD BIBLIOPOLAM GEBETHNER ET WOLFF: VARSOVIAE, CRACOVIAE
1938

87

Rozprawy Wydziału Filologicznego
Polskiej Akademii Umiejętności

Z

Tom LXI,	nr 1:	J. Rostafiński: Wpływ przeżył chłopięcych Mickiewicza na obrazy ostatnich dwu ksiąg Pana Tadeusza oraz O święceniu ziół na Matkę Boską Zielną. 1922	0:50
" "	nr 2:	S. Windakiewicz: Teatr kolegów jezuickich w dawnej Polsce. 1922	1—
" "	nr 3:	E. Kucharski: Chronologia komedyj i niektórych pomniejszych utworów Fredry. 1923	1:50
" "	nr 4:	J. Reiss: Przyczynki do dziejów muzyki w Polsce. 1923	1:50
" "	nr 5:	W. Taszycki: Imiesłowy czynne, terażniejszy i przeszły I w języku polskim. 1924	2—
" "	nr 6:	H. Oesterreicher: Imiesłów bierny w języku polskim. 1926	2—
" "	nr 7:	H. Windakiewiczowa: Wzory ludowej muzyki polskiej w mazurkach Fryd. Chopina. 1926	2—
Tom LXII,	nr 1:	W. Folkierski: Fredro a Francja. 1925	1:20
" "	nr 2:	K. Moszyński: Badania nad pochodzeniem i pierwotną kulturą Słowian. Część I. 1925	3—
" "	nr 3:	W. Taszycki: Najdawniejsze polskie imiona osobowe. 1926	3—
" "	nr 4:	J. Reinhold: Ze studiów nad starofrancuskimi rękopisami. Część II. Nowoodkryty rękopis palatyński poematu „Floire et Blancheflor“. 1928	1—
" "	nr 5:	I. Wieniewski: O zapowiadaniu przyszłych zdarzeń u Homera. 1928	2—
" "	nr 6:	W. Klinger: Ze studiów nad liryką grecką. 1928	1—
" "	nr 7:	S. Witkowski: De s. Basilii Magni codicibus Hispaniensibus. 1929	1:20
Tom LXIII,	nr 1:	J. Kowalski: De Didone Graeca et Latina. 1929	1:20
" "	nr 2:	M. Brahmer: Włochy w literaturze francuskiej okresu romantycznego. Część I. 1930	2—
" "	nr 3:	W. Kuraszkiwicz: Studia nad polskimi samogłoskami nosowymi. 1932	3—
" "	nr 4:	G. Reicher-Thonowa: Ironia Juliusza Słowackiego w świetle badań estetyczno-porównawczych. 1933	2—
Tom LXIV,	nr 1:	J. Kowalski: Quaestiones hydrographicae. 1934	6—
" "	nr 2:	A. Brückner: O nazwach miejscowych. 1935	2—
" "	nr 3:	T. Mańkowski: Sztuka islamu w Polsce w XVII i XVIII wieku. 1935	5—
" "	nr 4:	Z. Niemojewska-Gruszczyńska: Walka Szatana z Bogiem w polskim dramacie romantycznym. 1935	6—
Tom LXV,	nr 1:	S. Urbanczyk: Wyparcie staropolskiego względnie <i>jen, jenże</i> przez pierwotne pytajne <i>który</i> . 1935	1—
" "	nr 2:	L. Strzelecki: De Naeviano Belli Punici carmine. 1935	2—
" "	nr 3:	L. Strzelecki: De Flavio Capro Nonii auctore. 1936	2—
" "	nr 4:	J. Morawski: Kastor i Polluks. 1937	2—
Klemensiewicz Z.: Składnia opisowa współczesnej polszczyzny kulturalnej. 1937			12—

POLSKA AKADEMIA UMIEJĘTNOŚCI
ARCHIWUM FILOLOGICZNE NR 13

GUSTAVUS PRZYCHOCKI

DE MENANDRI COMICI CODICE
IN PATRIARCHALI BIBLIOTHECA
CONSTANTINOPOLITANA OLIM ASSERVATO

ACCEDUNT
TABULAE II ET CATALOGUS BIBLIOTHECAE PATRIARCHALIS
CONSTANTINOPOLITANAE

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE POLONAE LITTERARUM
APUD BIBLIOPOLAM GEBETHNER ET WOLFF: VARSOVIAE, CRACOVIAE
1938



D. Nowak

K.
20. I. 1947.

Kulicki

Drukarnia Uniwersytetu Jagiellońskiego pod zarządem Józefa Filipowskiego

1316058

De Menandri comici codice in Bibliotheca Patriarchali Constantinopolitana olim asservato

scripsit

Gustavus Przychocki

1.

Qui haec animadvertunt viri docti facile concedent librorum catalogos in papyris repertos, de quibus nuper G. Manteuffel¹ disputavit, aliorumque curas doctorum, qui paulo ante eiusmodi quaestionibus acumina sua admoverunt², iustam videri causam, cur Menandrearum comoediarum sors retractetur et praecipue aetas — quoad fieri possit — definiatur, ad quam in bibliothecis permanserint.

In librorum catalogis, quos supra memoravimus, maximi videtur esse momenti a. 1921 editus Oxyrhynchicus (mutilatus) librorum index, III. post Ch. n. saeculo conscriptus, in quo Menander quoque laudatur. Sed ipsum videas monumentum, ut est a Medea Norsa³ editum:

Κυμπ[ό]σιο[ν]	Εὐθύδημος α -
Διάλογοι κ	Παρμενίδης Ἀνάχαρις
Σοφιστής α -	Χαρμ[ί]δης
Πρὸς Καλλικλέα γ -	Ἄλκιβιάδης ἢ Λύσις
5 Πρωταγόρας α -	10 Μένων Μενέξενος

¹ Jerzy Manteuffel, *Wykazy ksiązek w papyrusach*, Munera Philologica Ludovico Œwikliński bis sena lustra professoria claudenti ab amicis collegis discipulis oblata, Posnaniae 1936, pp. 145—54.

² V. apud Manteuffelium p. 146, adn. 4

³ Medea Norsa, *Elenco di opere letterarie*, Aegyptus II (1921) p. 17—21. Cf. Manteuffel l. l. p. 150—52, A. Koerte, Arch. f. Pap. VII (1924) p. 247.

<p>Ἰκκίαι¹ β - καὶ Εὐδημος Τίμαιος Πολιτικός Κρατύλος 15 Ἀλκιβιάδ - Φίληβος Φαίδων Λάχης Ἀλκιβιάδης 20 Γοργίας Πρωταγόρας Φίληβος</p> <hr/>	<p>Ξενοφῶν παιδ ἠ - Ἀνάβασις 25 Ἀγρεσίλαος Κυνηγετι^κ Κυμ[πό]σιον</p> <hr/> <p>Ἄσπετος ὄσα εὐρίσι^κ - Μενάνδ<ρ>ον ἄ εὐρίσι - 30 Εὐριπίδου ὄσα εὐρίσι^κ - Ἀρ[ις]τοφ - Φ[αβωρ?]είνου [.] — [.] . ινου</p>
---	---

Cuius indicis praeter alia hoc unum videtur maxime proprium, quod inter poetas ei praecipue nominantur auctores, qui hac aetate libentissime lectitabantur, Homerus Menander Euripides Aristophanes². Si autem de Menandro quaestio est, hoc loco, primum quod sciamus, comoediae eius in bibliotheca quadam et quidem scholae alicuius laudantur³, etsi iam hac ipsa aetate, III dico saeculum, ut e sagacissimis Oldfatheri⁴ et Kenyonis scriptis⁵ perspicui potest, antiquorum auctorum memoria repente quodam-

¹ Ἰππία Koerte.

² U. Wilcken, Arch. f. Pap. VII (1924) p. 112, Oldfather, *The Greek Literary Texts from Greco-Roman Egypt*, Madison 1923, p. 67, 74.

³ Vocabulo ἄ (vel ὄσα) εὐρίσκειται, etiamsi H. Gerstingeri (*Ein Bücherverzeichnis aus dem VII—VIII Jh. n. Chr. im Pap. Graec. Vindob. 26015*, Wien. Stud. L (1932) p. 188) interpretationem amplectimur: »omnia quae exstant« (cf. Medae Norsae: *tutto ciò che si trova*), eis non »omnia quae ab auctore scripta sunt« sed »omnia quae nunc aut alicubi exstant« subesse puto (cf. in catalogis, qui infra describuntur: ὄλον τὸ κείμενον, ὄλον σωστό). Itaque cum valde probabilia videantur, quae de hoc monumento Oldfatherus (l. l. p. 72—5) coniecit, in eo negligenter scriptum agnosces indicem operum, quae in schola quadam erant legenda (»an assignment, carelessly copied by a pupil, of works to be read in the schools, though it is a long one which would certainly extended over a period of several months«), voce Μενάνδρου ἄ εὐρίσκειται secundum viri docti opinionem (p. 75) omnes, quae tum in scholae erant bibliotheca, Menandri comoediae indicantur. Bibliopolae alicuius item negligenter scriptum indicem mavult Gerstinger (l. l. p. 188).

⁴ Ch. H. Oldfather, l. l. p. 85.

⁵ V. apud Manteuffelium l. l. p. 152—4.

modo evanescere incipit. Noli tamen putare post tertium saeculum antiquorum opera et in eis Menandri comoedias legi prorsus et asservari esse desita, nam IV quoque saeculo Menandri describuntur comoediae, ut elegantissimae illae membranae Petropolitanae demonstrant, ad hanc fere aetatem referendae¹. Saeculo V Menandrum legit Sidonius Apollinaris et Aristaenetus², saeculo VI ineunte autem Choricus, qui iam praeter comoedias, Gnomas quoque quae vocantur novit Menandreas³. Sunt qui se putent etiam apud Ioannem Malalam qui eodem saeculo vixit Menandream sententiam invenisse⁴, sed eam ad ipsum Menandrum redire haud facile crediderim, cum iam Stobaeus (s. V) aliorum florilegiis sit usus. Saeculo VI quoque recentissimae Menandreae papyri sunt exaratae⁵.

Quod Menandrearum comoediarum vestigium usque ad saec. IX ultimum fortasse est ducendum, nam difficile est de hac re plus intellegere, quam quantum ex monumentis suspicari licet. Quae omnia quidem optime quadrant in illam litterarum et disciplinarum noctem, quae saeculis VII—IX Orientem invasit, cum in

¹ *Menandrea*, ed. A. Koerte², Lipsiae 1912, p. VI; Menandri reliquiae... ed. Chr. Jensen, Berolini 1929, p. XX.

² T. Sinko, *Literatura grecka*, Kraków 1932, I 2, p. 759. Cf. A. Koerte, RE. XV (1932) col. 717.

³ Choric. Apol. mim. ed. R. Foerster-E. Richtsteig, Lipsiae 1929, XXXII (or. 8), 73: ἡ καὶ τῶν Μενάνδρῳ πεποιημένων προσώπων Μουσίων μὲν ἡμᾶς παρεσκεύασε παρθένους βιάζεσθαι, Χαιρέστρατος δὲ ψαλτρίας ἐρᾶν. Κνήμων δὲ δυσκόλους ἐποίησεν εἶναι, Σμικρίνης δὲ φιλαργύρου ὁ δεδιώς, μή τι τῶν ἔνδον ὁ καπνὸς οἴχοιτο φέρων; XLII (decl. 12), 1: Ἐχεις ἐκ τῆς κωμῳδίας παραλαβὼν, ὡς ὑπέρογκόν τι καὶ σοβαρὸν καὶ πολλή τις ἀλαζονεία στρατιώτης ἀνὴρ. εἴ τις ὑμῶν τὸν Μενάνδρου φαντάζεται Θραωνίδην, οἶδεν, ὃ λέγω. Quae autem in XXXII 145 leguntur: φασὶ τὸν εὐρηκότα τὴν ὑπὲρ ἧς ἀγωνίζομαι τέχνην, ἐξ οὗ πάντα φησὶν ἀπαγγέλλειν ὁ προσηγορία μὲν δεύτερος, τὴν τάξιν δὲ πρῶτος, ἐκείνον δὲ λέγουσι καὶ τὸν παῖδα τὸν Διοπίθου ἠλικιώτας τε ἄμφω καὶ φίλους ὅτι μάλιστα εἶναι συνάπτοντος καθ' Ὅμηρον τοῦ θεοῦ τοὺς ὁμοίους τὸν τρόπον καὶ γνόμας ἐμμέτρους ἀλλήλοισι ἀντιτιθέναι καὶ μὴ χεῖρονα Μενάνδρου δόξαί τὸν ἕτερον, sine dubio non ad comoedias, sed ad «Gnomas» vel Σύγκρισιν illam, quae dicitur, pertinent.

⁴ p. 370, 19 sq. ed. Bonn. Ὅρῳ καὶ οὐ ξενίζομαι· ἄνθρωπος γὰρ ὢν ἀνθρωπίναις περιέπεσα συμφοραῖς (Ter. Haut. 77). C. E. Gleye, *Ein Menandervers bei Malalas*, Byz. Zeitschr. V (1896) p. 326.

⁵ T. Sinko, *Lit. gr.*, I 2, p. 759. Cf. Id. *Menander w swietle nowych komedyj*, Eos XIV (1908) p. 21. Ch. H. Oldfather, l. l. p. 46. Cf. A. Koerte, RE. XV (1932) col. 717.

Occidente »Graeca« omnino »non legebantur«¹. Nunc vide, ne saeculo IX exeunte et praecipue saeculo X, cum Macedonum imperatorum aetate litterarum et praecipue antiquorum auctorum studia essent, ut ita dicam, renata atque nostri optimi codices exarati², Menandri quoque comoediae in lectorum manus reverterint. Nam si Suidas simili ratione atque Stobaeus Menandrea sua non de Menandro ipso, sed de aliorum hausit copiis, tamen Photius patriarcha permultos antiquos, nunc deperditos, etiam ipse legit auctores, nihil in eorum lascivia, interdum conspicua, offendens. Quid quod eroticos quoque versat et commentatur scriptores Achillem Tatium, Antonium Diogenem, Heliodorum, Iamblichum, Lucium Patrensem, permulta de eis excerpens? Quod autem in *Bibliotheca* sua nullos tractat poetas, id mero casu accidisse puto, nam etsi non desunt, qui Byzantinos omni poeseos intelligentia et sensu destitutos fuisse credant, hominem tanta doctrina et eruditione excellentem, Graecis poetis nullam operam dedisse numquam adduci possum ut credam: Fortasse in ea, quam fratri suo promisit altera *Bibliothecae* parte³, poetas sibi proposuit tractandos et in eis, si coniectura duci licet, Menandrum, quem — aliorum quidem, ut videtur, scriptis interpositis — in *Lexicon* suum recepit aut recipi iussit.

At Menandrum hac aetate iamdiu esse perditum exclamabis — vereor ne non satis firmo usus argumento, ut mox videbis — aut fortasse in memoriam revocabis ea quae de Menandri aliorumque Graecorum poetarum exitio narravit Petrus Alcyonius, Demetrii Chalcondylae nisus testimonio:

¹ Guilelmus Blesensis (*Aldae Comoedia*, ed. Car. Lohmeyer, Lipsiae 1892) si quam Menandreae comoediae Ἀνδρόγυνοσ ἢ Κρῆσ habuit notitiam, eam L. Traubeio teste (B. Ph. Woch. XIII (1893) p. 717) e Latino quodam hausit argumento. Parum probabilia videntur quae de Ausonio et de S. Fulgentio, episc. Ruspens. (468—533) in: Ludw. Friedlaender, Darstellungen aus der Sittengesch. Roms⁶ IV, Leipzig 1910, p. 5—6, adn. 8 proferuntur. Friedlaenderum secuti sunt: Paulus Beudel, Qua ratione Graeci liberos docuerint, papyris, ostracis, tabulis in Aegypto inventis illustratur, Monasterii Guestfolorum 1911, p. 21 et Oldfather, l. l. p. 74.

² Charles Diehl et Georges Marçais, *Histoire du Moyen Age*, Paris 1936, III p. 510—13. Cf. G. Bernhardt, *Grundriss der Griech. Litt. Geschichte*³, I, Halle 1861, p. 689, 702—3.

³ K. Krumbacher, *Geschichte der Byzantinischen Litteratur*², München 1897, p. 517.

»Audiebam etiam puer ex Demetrio Chalcondyla (1424—1511), Graecarum rerum peritissimo, sacerdotes Graecos tanta floruisse auctoritate apud Caesares Byzantinos ut integra illorum gratia complura de veteribus Graecis poemata combusserint imprimisque ea, ubi amores, turpes lusus et nequitiae amantium continebantur atque ita Menandri, Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis fabellas et Saphus, Erinnae, Anacreontis, Mimnermi, Bionis, Alcmanis, Alcaei carmina intercidisse, tum pro his substituta Nazianzeni nostri poemata, quae etsi excitant animos nostrorum hominum ad flagrantiorum religionis cultum, non tamen verborum Atticorum proprietatem et Graecae linguae elegantiam edocent. Turpiter quidem sacerdotes isti veteres Graecis malevoli fuerunt, sed integritatis probitatis et religionis maximum dedere testimonium«¹.

Quae quidem — duriora, concedo, quam ut veritatem spirent — cohaerere quodammodo videntur cum eis quae de a. 561 Ioannes Malalas narravit: *Μηνὶ ἰουνίῳ, ἰνδικτιῶνι τῇ αὐτῇ [a. 561], κυρχεθέντες Ἕλληνες περιεβωμίσθησαν καὶ τὰ βιβλία αὐτῶν κατεκαύθη ἐν τῷ Κυνηγίῳ καὶ εἰκόνες τῶν μυσερῶν θεῶν αὐτῶν καὶ ἀγάλματα*², et fortasse, si non ex eis ipsis Malalae pendent verbis, ad eundem redeunt fontem.

Sed iustissime recentioris aetatis viri docti Malalae et Chalcondylae non crediderunt. Nam Christiani auctores et sacerdotes, quod quidem iam apud Ecclesiae Patres apparet, etsi temporari et suo stilo servientes, interdum illam a gentilibus, ut dicebant, excultam artem et disciplinam eiusque auctores impugnabant, tamen facere non poterant, utpote homines summa educatione imbuti, ut egregiam illam et antiquitus excultam humanitatem omnino respuerent, quae iam cum omni politioris vitae consuetudine penitus coaluerat³ et sine dubio numquam adduci potuerunt, ut antiquorum opera deleri paterentur nedum iuberent⁴. Eadem valent

¹ Petri Alcyonii, *Medices legatus de exilio*, Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri mense Novembri 1522, fol. c, IIIv.—IIIr.

² *Chronogr.* p. 491, 18 ed. Bonn.

³ G. Przychocki, *De Gregorii Nazianzeni epistulis quaestiones selectae*, Cracoviae 1912 (Seorsum impressum e Tomo L. Dissertationum philologicae Classis Academiae Litterarum Cracoviensis), p. 25—6 (268—9).

⁴ Cf. I. Sajdak, *Biblioteki rękopisów greckich na Wschodzie*, Kraków 1914, p. 8—9.

de posterioribus quoque Christianorum auctoribus, velut erat Photius, quem supra commemoravi, aut Michael Psellus, qui, ut paulo post videbimus, antiquos non solum legit, sed etiam interpretatus est auctores¹. Itaque si quae de antiquorum et in eis de Menandri operibus medio aevo de industria deletis narrantur, eis fides prorsus deneganda videtur esse².

Nunc — ut iam eo redeat unde paululum declinasse videtur disputatio — necesse est moneam saeculo XV demum³ famam de Menandrearum comoediarum codicibus denuo emergere. Hac enim aetate Vespasianus da Bisticci, librarius et eximius scriptor (*scrittore*) Florentinus, *Virorum illustrium CIII qui saeculo XV exstiterunt* describit vitas et in eis permulta narrat de Federico da Montefeltro, Urbini celeberrimo duce, qui hoc praecipue ab aliis ducibus militantibus differebat, quod litterarum, philosophiae, artium felici accensus studio, bibliothecam condidit excellentissimam, ad describendos libros 30—40 librarios per 15 annos mercede conducens. Atque inter huius bibliothecae libros Vespasianus Florentinus nominat praeter magni momenti alia antiquorum scripta etiam »Menandri omnia opera« (*tutte l'opere di Menandro*)⁴. Sed qui Vespasiani novit nimis liberam licentiam et luxuriantem stilum, quo Federici enarrat facta, ne amplissimam quidem verborum, ut tum mos erat, reformidans copiam —, ea quae de Menandro commemoravit sane suspecta habebit (etsi Burckhardtio⁵ placuisse videntur) et Angelo Maio potius credet, harum Vitarum editori, ad hunc locum adnotanti: »Menandro poeta è perduto, e credo errore di Vespasiano il metterlo nella libreria d'Urbino,

¹ Psellum ex antiquis fontibus copiose hausisse eisque libentissime esse gloriatum testis est L. Sternbach, *Ein Schmähedicht des Michael Psellos*, Wien. Stud. XXIV 1903, p. 10—39.

² Aequae atque eis, quae de »Oecumenico Didascalia« Constantino-politano a Leone III (a. 726) una cum bibliotheca igni deleta narrantur. Cf. Friedrich Fuchs, *Die höheren Schulen von Konstantinopel im Mittelalter*, Leipzig-Berlin 1926 [Byz. Archiv 8] p. 9—11.

³ Nam neque a Dionysii Thracis interprete (Gram. Gr. III p. 20, 6 Hilgard) neque a Ioanne Tzetze (s. XII) Menandri comoedias visas esse viri docti putant: Th. Sinko, *Lit. gr.*, I 2, p. 759. Cf. A. Koerte, RE. XV (1932) col. 718.

⁴ Ang. Mai, *Spicilegium Romanum*, I, 1839, *Virorum illustrium CIII qui saeculo XV extiterunt vitae*, auctore Vespasiano Florentino, p. 127 sq.

⁵ I. Burckhardt, *Die Cultur der Renaissance*, Leipzig¹² 1919, I p. 163-4.

dove non credo che già mai sia stato¹. Etenim, ut postea demonstratum est, in vero huius bibliothecae catalogo, qui saeculo XV conscriptus est, nulla Menandri fit mentio².

Saeculo XVII gaudio exsultat Leo Allatius, cum de Psellorum scriptis et praecipue de Michaelis Pselli ineditis disputans operibus, his verbis exclamat: »Menandri comoediae XXIV, o thesauros!, explicatae a Michaele Psello«³. Allatius ad Verderium (*Verdier*) provocat, qui a. 1585 indicem Graecorum edidit codicum tunc in Oriente, Constantinopoli praecipue, ut credebatur, asservatorum⁴, sed re accuratius examinata — quod quidem Foerster (l. l.) fecit — luce clarius apparet Verderium, simili ratione atque, qui eum paulo aetate praecessit, Hartungium (1578)⁵ et qui a. 1710 insecutus est, Neandrum⁶, e Neograecis praecipue hausisse Graecorum librorum catalogis, intra a. 1565 et 1575 conscriptis, quos Foerster e Vindobonensi codice Hist. Graec. 98 (Nessel), olim 49, a. 1877 edidit⁷.

¹ L. l. p. 127.

² V. [Geigeri] LIV Exc. apud Burckhardtium l. l. p. 295—6.

³ Leonis Allatii *de Psellis et eorum scriptis Diatriba*, Romae, Excudebat Mascardus, 1634, p. 68—9.

⁴ Antonius Verderius, *Supplementum epitomes bibliothecae Gesnerianae*, Lugduni 1585, p. 56—64, secundum Richardum Foersterum, *De Antiquitatibus et Libris Manuscriptis Constantinopolitanis*, Rostochii 1877, p. 10.

⁵ *Bibliotheca sive Antiquitates Urbis Constantinopolitanae*, Argentorati, Excudebat Nicolaus Wyriot, 1578, secundum Emile Legrand, *Bibliographie Hellénique* IV, Paris 1906, p. 212—4, cf. Foerster l. l. p. 8 et Emil Jacobs, *Johann Hartung zum Gedächtnis, Aus der Werkstatt, Den Deutschen Bibliothekaren zu ihrer Tagung in Freiburg, Pfingsten MCMXXV dargebracht von der Universitätsbibliothek Freiburg im Breisgau*, p. 90—1.

⁶ *Nova librorum rariorum collectio qui vel integri inseruntur vel accurate recensentur*, Halis Magdeb. 1710, p. 437, secundum R. Foersterum l. l. p. 11.

⁷ L. supra (adn. 4) l. Quos catalogos iam Lambecius (1628—1680) Bibliothecae Caesariae praefectus erat editurus (Petri Lambecii *Hamburgensis Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi* Liber Primus... Editio Altera opera et studio Adami Francisci Kollari... Vindobonae 1766, p. 268: »...eandem illam Bibliothecam Constantinopolitanam ex Augustissimae Bibliothecae Caesariae Codice inter Historicos Graecos M^{tos} quadagesimo nono graece simul et latine edere constitui«), sed propositum, quod sciamus, non tenuit. Th. Chr. Harlesius in *Supplementis ad Introductionem in Historiam Linguae Graecae*, II, Ienae 1806,

Quem codicem accuratius nunc necesse est examinemus¹:
 Chartaceus, saec. XVI exaratus, haec continet, Neograece, sed
 non sine quadam veteris Graecae linguae notitia², conscripta:

- Fol. 1r—6r³. Inscriptiones Constantinopolitanae: Inc. *Κων-
 σταντίνος ὁ μέγας ἔστησε τὸν πορφυροῦν κίονα κτλ. Des.
 πρωτοστράτωρ κάλλιστε καὶ τεθαμμένων.*
- „ 6v—9r vacua, dein librorum catalogos:
1. „ 9v—13r ταῦτά εἰσι τὰ βιβλία τοῦ ἐντιμοτάτου καὶ θεοσε-
 βεστάτου παπᾶ κυροῦ κωνσταντίνου τοῦ βαρῆνου καὶ με-
 γάλου σακελλαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. (44 codices)
 - „ 13v—15v vacua
 2. „ 16r—18v τὰ βιβλία τοῦ ἐνδοξοτάτου ἄρχοντος κυροῦ
 ἰακώβου τοῦ μαρμαρέτου. (22 codd.)
 - „ 19r—23v vacua
 3. „ 24r—26v ταῦτά εἰσι τὰ βιβλία τοῦ ἐνδοξοτάτου ἄρχον-
 τος κυροῦ ἰωάννου τοῦ σουτζίου. (24 codd.)
 - „ 27r—29r vacua
 4. „ 29v—41r catalogum 174 codicum, titulo carentem,
 qui ab hac primi codicis incipit descriptione: *α' βιβλίον
 τοῦ ἀγίου καὶ δικαίου λαζάρου ὁ ὁποῖος λάζαρος ἔκαμε
 τέσσαρες ἡμέραις εἰς τὸν αἶθρα, καὶ ὡς ἂν τὸν ἐκύκοσε
 ὁ χριστός, ἐξηγήθη τέσσαρα βιβλία καὶ εἰδόντας αὐτὰ
 οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πατέρες, ἔκρυσαν τὰ τρία καὶ δὲν
 ἠύρισκονταί· τὸ δὲ πρῶτον βιβλίον τοῦτο ἔνε εἰς τὴν ῥώμην·
 καὶ ἦκουσα ἐκ τὸν πάντα κροῦζε τὸν γαρδηνάλε· ὅτι πᾶσα
 ὁποῦ νὰ γένη νέος καρδηνάλες, τοῦτο δίδουσι καὶ τὸ*

p. 372—82 excerpta tantum ex his catalogis dedit. Codicem Reginensem lat. 1491, qui hos catalogos continet, e libro Verderii exaratum esse auctor est Foerster, l. l. p. 10, adn. 2. Haud scio an inter permultos codicum Graecorum »indices«, »elenchos«, quae in bibliothecis (velut in Vaticana) exstant, adhuc magnam partem ignoti (cf. K. Krumbacher, *Byz. Lit.*² p. 509—10, 508, l), etiam Vindobonensium catalogorum lateant exemplaria.

¹ Bibliothecae Nationalis Vindobonensis benevolentia Cracoviam missum penitus excussi atque catalogum, de quo mox quaestio erit, denuo collatum, in calce adieci (v. Appendicem).

² Quam linguam K. Krumbacher (p. 508) »verwahrlostes Neugriechisch«, nescio quam ob causam, nuncupavit.

³ Foliorum numeri, a Foerstero (l. l. p. 6) laudati, perperam appositi videntur esse. Itaque iustos numeros secundum codicem profero.

διαβάζει μία φορά· καὶ ἄλλον ἄνθρωπον δὲν τὸν δείχνουν.
(Cf. infra Tab. II et Appendicem)

- Fol. 41v—45v vacua
5. „ 46r—50v τὰ βιβλία τοῦ ἐνδοξοτάτου ἄρχοντος κυροῦ ἀντωνίου τοῦ καντακουζηνοῦ. (44 codd.)
- „ 51r—52v vacua
6. „ 53r—58r τὰ παρόντα βιβλία εἰς τοῦ ἐνδοξοτάτου ἄρχοντος κυροῦ μανουήλ τοῦ εὐγενικοῦ. (33 codd.)
- „ 58v—59r vacua
7. „ 59v—66r ταῦτά εἰς τὰ βιβλία τοῦ ἐνδοξοτάτου ἄρχοντος κυροῦ μιχαήλ τοῦ καντακουζηνοῦ. (57 codd.)

In postremo folio verso singulorum opusculorum perscripti sunt transversa charta, recentiore manu¹ tituli:

Antiquitates Constantinopolitanae N. 1.

Catalogus librorum Reverendi d. Constantini Barini, continens libros 45. N. 4

Catalogus librorum Magnifici D. Iacobi Marmoreti continens libros 22. N. 7

Catalogus librorum Magnifici D. Ioannis Sutz, continens libros 24. N. 8

Catalogus librorum hinc inde extantium a Grammatico exhibitus, continens libros 174. N. 2

Catalogus librorum Illustrissimi d. Anthonii Cantacusini continens libros 44. N. 5

Catalogus librorum Magnifici d. Emanuelis Eugenici continens libros 33. N. 9

Catalogus librorum Illustrissimi d. Michaelis Cantacusini continens libros 57. N. 6

Quas subscriptiones Foerster (l. l. p. 9—10) accuratius examinavit easque ex Hartungi libello fluxisse demonstravit.

Folia vacua eiusdem chartae, quae nunc mirum in modum singula opuscula separant, documento nobis sunt singulos catalogos in singulis fasciculis, charta quae supererat vacua relicta, olim esse scriptos et separatim asservatos, priusquam — nescio an in Vindobonensi demum Bibliotheca — in unum codicem sunt compacti.

¹ Foerster (l. l. p. 9) cum Hauptio scripturam saeculo XVII tribuit.

Quos catalogos omnes eadem manu, in eademque charta (simili modo atque quae praecedunt inscriptiones) cum summa cura et diligentia eleganter exaratos, primis literis miniatis atque numeris ad singulos codices accuratissime adiectis distinctos, catalogus excipit, alia manu et in alia charta sed eadem fere ut videtur aetate, properanter et negligentissime a nescioquo conscribillatus, qui totus est in eis, quae in calce adiecit, cum ne ea quidem, quae sibi proposuit ponenda, perscribere voluisset:

8. Fol. 67r—70v. ταῦτα τὰ κάτωθεν βιβλία εἰς ἐν τῷ ῥαιδεστῶ.
Des.: καὶ ἄλλα πολλά εἰς βίβλ^α πολλά πολλά. (176 codd.)

Folium 71, codicis postremum, schedula est alius chartae, recentiore aetate (Hauptio teste Lambecii manu)¹ in hunc modum scripta:

In Cod. Mst. Caes.

1. <i>Catalogus a Grammatico exhibitus lib. 174</i>	4
2. <i>Catalog. Patriarch. Cp. lib. 55</i>	
3. <i>Catalog. Constantini Varini lib. 45</i>	1
4. <i>Catalog. Antonii Cantacuzeni lib. 44</i>	5
5. <i>Catalog. Michael. Cantacuz. lib. 57</i>	7
6. <i>Catalog. Iacobi Marmoretæ</i>	2 libri 22
7. <i>Catalog. Ioannis Suzi</i>	3 libri 24
8. <i>Manuelis Eugenici</i>	6 libri 33

De quibus catalogorum titulis Foerster (l. l. p. 10) iustissime monuit: »Apparet igitur duplex numerorum ordo, quorum prior is est, quem Lambecius in opere Verderii... invenit, posterior vero is, quo catalogos in codice Vindobonensi aut compactos repperit aut compingendos curavit. Ex hac autem re, quod in Catalogo Patriarchae numerus posterior deest, iure colligas Lambecium eum iam non repperisse«. Nam idem vir doctus luculenter demonstravit (l. l. p. 9) ad illos septem catalogos Constantinopolitanos etiam eum catalogum olim pertinuisse, quem nunc, in Latinum conversum, ex Hartungiano tantum libello novimus, hoc modo inscriptum: *Catalogus librorum R. Domini Patriarchae Constantinopolitani continens libros quinquaginta quinque.*

¹ Foerster l. l. p. 10.

Codex olim Sebastiani Tengnagel fuit — ut ex inscriptione primi folii apparet: *Ex libris Sebastiani Tengnagel I. V. D. et Caes. Bibliothec.* (v. Tabulam I.) — qui ab anno 1608 Bibliothecae Caesareae praefuit eique codices suos testamento legavit¹. Idem, qui hanc inscriptionem in primo folio exaravit — Sebastianus Tengnagel, ut suspicari licet — etiam in eius catalogi, qui inscriptione caret (n. 4, fol. 29v—41r) et catalogi Rhaedestini (n. 8, fol. 67r—70v) marginibus hic et illic Latine nomina et opera adscripsit auctorum, quos maioris momenti putavit (cf. Tabulam II.), singulari, ut videtur, studio hos examinans librorum indices.

Qui duo catalogi nobis quoque maximi videntur esse momenti, quoniam ceteris librorum numero excellunt et dignitate atque — quod ad nostram quaestionem praecipue pertinet — Menandrum nominant et Philemonem. In priore enim catalogo, haec leguntur:

β' τοῦ μενάνδρου τὰς κωμωδίας ὅλας τὰς εἰκοσιτέσσαρας² καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰς ὁ ὑπέρτιμος κύρ μιχαήλ ὁ ψελλός.
κ' φιλήμωνος κωμωδίαί, καὶ δὲν ἔχει τὸ τέλος. (V. infra Tabulam II et Appendicem)

in Catalogo autem Rhaedestino haec:

[5] μενάνδρου κωμωδίαί

[6] φιλήμωνος κωμωδίαί (Foerster l. l. p. 29)

2.

Sed priusquam ad rem ipsam accedamus, hoc est longe maximum, videre, ad quamnam bibliothecam ille prior pertineat catalogus anonymus (n. 4, fol. 29v—41r, cf. Tab. II et Appendicem), de quo Foerster prorsus desperavit («nihil... certi statuere possumus», p. 13) eum alio loco »catalogum codicum dispersorum« (p. 8) nuncupans.

Nihil mirum id quidem. Catalogus enim, ut iam supra monui, solus inscriptione caret, titulus autem Latinus, recentiore manu

¹ Lambecius (l. supra p. 7, adn. ⁵ laudato, p. 57), Foerster l. l. p. 8.

² Apud Christium-Schmidium (*Gesch. d. griech. Lit.*⁹ ed. Stählin) II 1, München 1920, p. 39, adn. 6. errore quodam 23 comoediae commemorantur.

in codicis calce adiectus: *Catalogus a Grammatico exhibitus*, vel, qui in folio verso item recentiore manu exaratus, ad Hartungium redit (v. supra, p. 9): *Cathalogus librorum hinc inde extantium a Grammatico exhibitus*, summam habet dubitationem.

Quam dubitationem tamen hoc modo solvendam esse puto: Hartungianus titulus, cum Hartungii opusculum prima sit et antiquissima septem priorum catalogorum (eaque Latina) editio, item atque alii huius libelli tituli, Graecam reddit catalogi pristinam inscriptionem — non tam accurate, ut suspicor, in Latinum conversam, quod quidem non mirabimur, totam editionem Foersteri teste (l. l. p. 8) »parum integram parumque emendatam« esse memoria tenentes — et uberiora designat, ut postea videbimus, e catalogo quodam, »scribae« nesciocuius manu confecto, excerpta, quae eiusdem bibliothecae alium, sed fortasse parum accuratum et deficientem indicem excipere debebant, ut vox »hinc inde« significare videtur. In »Grammatico« enim perperam intellectam latere suspicor Graecam vocem γραμματικός, quae in posteriore Graecitate idem significabat atque νοτάριος, quo verbo Byzantinorum aetate saepissime Patriarchae Constantinopolitani designabatur scriba vel, ut eius aevi voce utar, secretarius¹.

¹ Georgius Codinus, *Περὶ τῶν ὀφφικίων τοῦ Παλατίου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας* (Migne, *Patr. Gr.*, CLVII, Parisiis 1866) p. 60 C: Ὁ πρωτονοτάριος δῆλος καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος πρῶτος γὰρ τῶν νοταρίων, ἤτοι γραμματικῶν. Du Cange, *Glossarium ad scriptores Mediae et Infimae Graecitatis*, I, Vratislaviae 1891 [1688], p. 265, II p. 51: Eudemus in *Lexico M. S.* γραμματικός, ὁ νοτάριος γραμματικός ἐλέγετο. Id. *Glossarium Mediae et Infimae Latinitatis*, III, Parisiis 1843, p. 550: *Grammaticus, Notarius, Secretarius... Ipsi Notarii... tum scribae Regii, tum et quandoque Grammatici Regum appellari, Graeco nomine retento consueverunt. Ita a Graecis Scriptoribus, seu Byzantinis, hanc vocem usurpari et q. s.*; IV p. 647: *Proto-notarius in Ecclesia Constantinopolitana est πρῶτος τῶν πατριαρχικῶν Νοταρίων.* E. A. Sophocles, *Greek Lexicon of the Roman and Byzantine periods*, New York 1887, p. 3386: γραμματικός... scribe, secretary = γραμματεὺς. Cf. Michaelis Pselli *Scripta Minora*, ed. E. Kurtz-F. Drexler, Milano 1936, p. 60 sqq.: Πρὸς τὸν οἰκεῖον γραμματικόν; p. 65: Πρὸς τὸν ἑαυτοῦ παπᾶν: ...ἀλλὰ πολλοῖς μὲν τῶν σεμνῶν ὀνομάτων κικλήσκειται, γραμματικός καὶ νοτάριος, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ εἰρημένον ἐπονομάζεται. ἔστι δὲ αὐτῷ ταῦτα, ὥσπερ δὴ οἱ ἀργοὶ κύνες παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἡ πόρνη ἑταῖρα παρὰ τοῖς ῥήτορις σεμνοποιουμένη καὶ ἡ λαϊὰ χεῖρ λεγομένη εὐώνυμος καὶ οἱ παρ' ἡμῖν Αἰθίοπες, τὴν μὲν χροᾶν μελάντεροι, ἀργυροὶ δ' ἐξ ἀντιφράσεως προσαγορευόμενοι· τοιοῦτον αὐτῷ καὶ τὸ γραμματικός ὄνομα καὶ τὸ νοτάριος.

Quae cum ita sint, haec excerpta e catalogo secretarii cuiusdam, miro Grammatici nomine instructa, complementa quodammodo sunt putanda *Catalogi librorum R. Domini Patriarchae Constantinopolitani*, qui catalogus, nunc in Latinum conversus, et e Hartungiano tantum notus opusculo (v. supra) nimis exiguo offendit librorum numero, 55 solum huius bibliothecae codices enumerans (Foerster l. l. p. 31—2). Itaque haec evenisse suspicor: Catalogorum auctor primum ipse carptim ac summatim brevem Patriarchalis Bibliothecae confecit indicem 55 codices continentem, hoc fere modo — ut ex aliis titulis licet conicere — inscriptum: *Ταῦτά εἰσι τὰ βιβλία τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως* et postea demum, ex impetrato interim Secretarii Patriarchalis catalogo locupletiora adiunxit excerpta, quorum pristinus Graecus titulus e Hartungii Latino hoc fere modo restituendus esse videtur: *Τάδε ἐξῆς βιβλία ἐκ τοῦ καταλόγου παρὰ τοῦ γραμματικοῦ κατασκευασμένον*. Deinde fortasse iam in eis exemplaribus, quae Hartungius habuit, postquam catalogorum ordo casu quodam est perturbatus — quod non tam difficile putabis, si singulos catalogos in singulis fasciculis in codice Vindobonensi scriptos tibi in mentem revocaveris —, vox *γραμματικός* (in Occidente praesertim) perperam intellecta, in nomen Grammatici abiit, e quo apud Kollarium Granlaticus, apud Satham Iohannes Grammaticus est factus¹.

Quae excerpta e *Catalogo secretarii* re vera ad Patriarchae Constantinopolitani referenda esse bibliothecam iam ipse librorum indicat numerus — qui catalogus in Vindobonensi corpore omnium Constantinopolitanorum est amplissimus — et operum delectus: Conciliorum oecumenicorum quae vocantur et provincialium

¹ K. N. Sathas, *Sur les commentaires Byzantins relatifs aux comédies de Ménandre, aux poèmes d'Homère* etc. (Annuaire de l'Association pour l'Encouragement des Études Grecques en France IX (1875) p. 189). Cf. Foerster l. l. p. 11—12. Cum perspicuum esset neque de Ioanne Grammatico hic agi Caesarensi, qui saeculo VI vixit (Krumb. l. l. p. 57) neque de Georgio Choerobosco, qui nonnumquam *ἰωάννης γραμματικός χοιροβοσκός* nominatur (velut in catalogo Iacobi Marmareti, sub ζ', apud Foersterum, l. l. p. 18), neque de Ioanne Philopono (Gudeman, RE. IX, 1916, col. 1766) aut Charace (Cohn, RE. III, 1899, col. 2123) grammaticis, de Ioanne Grammatico cogitavi, qui Theophili imperatoris (829—842) erat magister (Bernhardy l. l. p. 685), sed cum nulla huius rei invenirem documenta, alio modo quaestionem explicandam esse censei.

continet locupletissima acta [τὰ πρακτικά, 4α'—4η', cf. λθ', ρ' (cf. infra p. 17)], Scripturae plurimos commentarios (ξθ'—πδ', πη', 4', ρζ', ριδ', ρκα', ρκς', ρλη', ρνζ'), Canonum, Historiae Ecclesiasticae et Liturgiae libros (ρισ', ριζ', ρλ', ρξβ', ξς', ξζ', ρξη'), scripta Ecclesiarum contentionem illustrantia (μ', μα', μβ', νδ', ρκε', ρξς') et permulta Patrum opera, quae omnia aperte Patriarchae redolent aulam. Quid, quod iam saeculo VII Conciliorum acta in Patriarchali Bibliotheca asservata manifeste commemorantur? Haec enim in Concilii Oecumenici VI (a. 680 habiti) actis leguntur: *Κωνσταντίνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπεν κελεύομεν τὰ πεπραγμένα τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων ἐκ τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχείου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως παραχρῆμα διὰ προσφόρου χαρτοφύλακος εἰς μέσον ἔλθειν καὶ ἀναγνωθῆναι. καὶ πρὸς βραχὺ ὑπεξελθὼν Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ, καὶ παραγενόμενος ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχείου, προεκόμισε τὰ βιβλία τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων κ.τ.λ.*¹ Adde quod Latini tituli illorum 55 codicum, qui expressis verbis *R. Domini Patriarchae Constantinopolitani* appellantur, omnes fere cum Graecis e *Catalogo secretarii* excerptis luculenter conspirant, ut in aliquot tantum acquiescam exemplis:

<i>Catalogus Librorum R. Domini Patriarchae Constantinopolitani</i> (Foerster p. 31—32)	Excerpta e <i>Catalogo Secretarii</i> (v. infra Appendicem)
Iob explicatus commentariis collectis ex multis a Niceta Metropolitano Heracliae et q. s.	ξθ'. νικήτα μητροπολίτου ἡρακλείας, ἐρμηνεία εἰς τὸν ἰώβ, καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
Theodoreti Episcopi Syri Explicatio XII Prophetarum et q. s.	ος'. θεοδωρίτου ἐπισκόπου κίρρου, εἰς τὸ δωδεκαπρόφητον ἐξήγησιν.
Historia Nicetae Chroniatae (sic!).	η'. ἱστορικὸν κύρ νικήτα κουροπαλάτου τοῦ χονιάτου.
Sanctiss. Metropolitanae Heracliae Do-	ογ'. τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου ἡρακλείας

¹ *Acta Conciliorum et Epistolae decretales ac Constitutiones Summorum Pontificum*, Tomus tertius... Parisiis ex Typographia Regia 1714, p. 1060 C—D. Quae Patriarchatus bibliotheca, ut patet, diversa erat a Bibliotheca Scholae Patriarchalis, saeculo XI demum (Fuchs l. l. p. 47 et 74) condita.

mini Nicetae Explicatio in Quattuor euangelia ex multis collecta.

Ioannis Chrysostomi Explicatio in opus sex dierum primus liber et secundus.

Sanctissimi Metropolitanī Dn. Nicetae Heracliae Explicatio in Acta Apostolorum et in Epistolas Pauli Apostoli et praeterea Iacobi Ioannis et Iudae.

Sanctissimi Metropolitanī Thessalonicensis Dn. Symeonis Dialogi septem sacramenta Ecclesiae.

Sabini monachi Epitome omnium Synodorum et q. s.

Euclides explicatus.

Sancti Ioannis Chrysostomi Explicatio in acta Apostolorum et in Epistolas Pauli, Iacobi, Ioannis, Iudae etc.

Explicatio in opus sex dierum Gregorii Archiepiscopi Nissae.

Magnus liber de Medicina et q. s.

Lexicon Iustiniani Magni.

κύρ νικήτα· ἔρμηνεία εἰς τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.

πη'. τοῦ αὐτοῦ χρυσοστόμου ἔρμηνεία εἰς τὴν ἑξαήμερον.

οα'. τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου ἡρακλείας κύρ νικήτα· ἔρμηνεία εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων· εἰς τὰς ἐπιστολάς ὅλας παύλου τοῦ ἀποστόλου· ἰακώβου· ἰωάννου καὶ πέτρου· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.

ξη'. τοῦ αὐτοῦ κύρ κυμεῶν τοῦ διαλόγου· τὰ ἑπτὰ μυστήρια τῆς ἐκκλησίας.

ρ'. σαββίνου μοναχοῦ· ἐπὶ τομῇ πάντων τῶν συνόδων· οἰκουμενικῶν τε καὶ τοπικῶν.

ροβ'. ὁ εὐκλείδης ὄλον τὸ κείμενον.

πγ'. τοῦ ... χρυσοστόμου· ἐξήγησις εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων· εἰς τὰς ἐπιστολάς ὅλας παύλου τοῦ ἀποστόλου· ἰακώβου· ἰωάννου· ἰούδα, καὶ πέτρου.

ρκς'. τοῦ ἀγίου γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου νύσσης ἔρμηνεία εἰς τὴν ἑξαήμερον.

ιζ'. βιβλίον ἰατροσόφιον, καὶ ἔχει διάφορα πράγματα. cf. ιδ'—ις', ιθ', ιη'.

μς'. ἕτερο νόμιμον ἢ ἐξηκοντάβιβλος ἰουστιανοῦ τοῦ μεγάλου.

Si qui autem inter hos 55 Patriarchae libros exstant libri, qui in eo indice, quem Excerpta e *Catalogo Secretarii* nuncupavi, inveniri non possint, manifesto sunt documento hoc indice non omnes Bibliothecae Patriarchalis, sed delectos tantum — ut nescio quis verum catalogum excerpserit — libros contineri. Nunc, ut tibi omnem ex animo dubitationis scrupulum evellam planeque persuadeam hunc indicem ad Bibliothecam Patriarchatus Constantinopolitani esse referendum, ea velim legas, quae de hac Bibliotheca circa annum 1577 ad Crusium scripsit Gerlachius. Plane enim videbis eos ipsos ab eo »in Patriarchatu« visos esse libros, qui in hoc indice enumerantur:

Martini Crusii Adnotationes in Turcograeciae l. VIII. Ad epist. XVI (die 27 Maii 1577 scriptam)¹:

»Antequam hanc Epistolam scriberem, literae Gerlachianae et D. Patriarchae et Zygomalarum, cum responso ad Aug. Confessionem, 18. Iun. à 17. Maij 76. venerunt... inquit Gerlachius... De manuscriptis ibidem scribit... Alibi scripsit ad me... Alibi ab eodem D. Gerlachio hi libri ponuntur, Constantinopoli extantes... In Patriarchatu, maximum opus, titulo *Συναγωγή ἐξηγήσεων ἀπὸ διαφόρων ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων* (Athanasij, Cyrilli, Basilij, Chrysostomi, Theodoretī, Greg. Nyssaeni, Isidori, Eusebij et aliorum) εἰς τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν: συλλεγείσα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου ἡρακλείας *Νικήτα τοῦ σερρῶν*.

Excerpta e *Catalogo Secretarii*.

- ξθ'. νικήτα μητροπολίτου ἡρακλείας, ἐρμηνεία εἰς τὸν ἰώβ, καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
- ο'. τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου ἡρακλείας κύρ νικήτα, εἰς τὸ τοῦ δαβὶδ ψαλτήριον· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
- οα'. τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου ἡρακλείας κύρ νικήτα· ἐρμηνεία εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων· εἰς τὰς ἐπιστολάς ὅλας παύλου τοῦ ἀποστόλου· ἰακώβου· ἰωάννου καὶ πέτρου· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
- οβ'. τοῦ αὐτοῦ... εἰς τὸ δωδεκαπρόφητον· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
- ογ'. τοῦ αὐτοῦ... ἐρμηνεία εἰς τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
- οδ'. τοῦ αὐτοῦ... ἐρμηνεία εἰς τὸν ἐκκλησιαστήν, καὶ εἰς τὸ ἄσμα τῶν αἰμάτων· καδδένα· ἦτοι πολλῶν ἐξήγησις.
- οε'. τοῦ αὐτοῦ... ἐρμηνεία εἰς τὰς ἀπορρήσεις γρηγορίου τοῦ θεολόγου· ἦγουν εἰς ταῖς ὁμιλίαις αὐτοῦ· οὗ ἀρχή· ἀναστάσεως ἡμέρα. Cf. Scripturae commentarios, supra, p. 14 laudatos.

¹ Martinus Crusius, *Turcograeciae* libri octo, Basileae 1584, p. 498—9 Davidis Chytraei *Oratio de statu Ecclesiarum...*, Francofurti 1583, p. 171

Pandecta, continens summas seu argumenta canonum Apostolicorum :

septem synodorum universalium et provincialium, Epistolarumque synodalium: Acta vero sextae et septimae Synodi perfecta.

Cui addita est ἐξήγησις τῶν θείων κανόνων τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τοπικῶν: πονηθεῖσα ἰωαν. μοναχῷ τῷ ζωναρᾷ.

Ἐξηκοντάβιβλος, liber iuris civilis precio aliquot centuriarum Aureorum. Historicus Laonicus Chalcondyles Michael Glyces, ἀγάθιος, εὐνάπιος.

Fragmenta quaedam historiae Turcae expugnatione Constantinopoleos, lingua vulgari.

ρς'. αἱ κανόνες ἐκκλησιαστικαὶ πάντες.

ἁ'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας πρώτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆς γεναμένης ἐν νικαία' ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ ἁγίου καὶ ἱσαποστόλου μεγάλου κωνσταντίνου.

ἁβ'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας δευτέρας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου κ. τ. λ.

ἁγ'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας τρίτης... συνόδου κ. τ. λ.

ἁδ'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας τετάρτης... συνόδου κ. τ. λ.

ἁε'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας πέμπτης... συνόδου κ. τ. λ.

ἁς'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας ἕκτης... συνόδου κ. τ. λ.

ἁζ'. τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας ἑβδόμης... συνόδου κ. τ. λ.

ἁη'. τὰ πρακτικὰ τῆς τοπικῆς συνόδου κ. τ. λ.

λθ'. τὰ πρακτικὰ τῆς ὄγδοης συνόδου κ. τ. λ.

ρ'. σαββίνου μοναχοῦ· ἐπὶ τομῇ πάντων τῶν συνόδων· οἰκουμενικῶν τε καὶ τοπικῶν.

ρδ'. θεοδώρου βαλσαμῶν πατριάρχου ἀντιοχείας· ἐξήγησις καὶ ἐρμηνεία εἰς πάντας τοὺς κανόνας· τῶν τε ἀποστολῶν· καὶ τοπικῶν συνόδων ἔτι τε καὶ οἰκουμενικῶν.

μδ'. ἕτερο νόμιμον· ἰωάννου τοῦ ζωναρᾷ.

μς'. ἕτερο νόμιμον· ἡ ἐξηκοντάβιβλος ἰουστιανοῦ τοῦ μεγάλου.

νγ'. ἱστορικὸν μιχαὴλ τοῦ γλυκᾶ· καὶ ἀρχηνᾶ ἀπὸ κτίσεως κόσμου.

κζ'. ἱστορία παλαιὰ κατὰ τὸν πόλεμον τοῦ μωάμεθ' καὶ ὅπως ἐπολέμησε, καὶ ἐνίκησε τοὺς ῥωμαίους, δύο καὶ τρεῖς φοραῖς. Cf. ρλθ'.

Ἐπιστολαὶ πηλουσιώτου. ἀν- ρνα'. βιβλίον ἐπιστολαὶ τοῦ πηλου-
 δρὸς σοφιστοῦ¹. σιώτου ἰσιδώρου, καὶ εἶναι ἐπι-
 στολαί, χιλιάδες δύο.

In hoc manifesto locorum consensu considerando, si quae — paucissima quidem — non satis aperte conspirare videbuntur, sine dubio animadvertes in hac comparatione instituenda nobis non integrum catalogum, sed excerpta tantum praesto fuisse; omnibus autem, quae supra monui, accurate perpensis, facile concedes Excerptis de »catalogo secretarii« non »librorum dispersorum« quendam contineri indicem (cf. supra p. 11) aut »privatam« nescioquam »bibliothecam« (Krumb. 508), sed Bibliothecae Patriarchalis Constantinopolitanae catalogum decurtatum. Decurtatum quidem, sed eundem satis amplum, cum 174 constet codicibus, omnium in Vindobonensi Corpore Constantinopolitanorum catalogorum praestantissimus. Atque necesse est moneam in eo inventum esse primum quod sciamus idque unicum monumentum, ex quo hunc magnum librorum thesaurum, adhuc paene ignotum cognosceremus².

¹ Cf. quae Gerlachius praeterea in Commentariis suis de hac scripsit Bibliotheca, priusquam eam, ut videtur, accuratius examinavisset:

»Türkisches Tag-Buch vom Jan. oder Jenner des 1576 Jahrs.

Den 21. bin ich in dem Patriarchat gewesen und hab etliche Griechische Bücher gesehen: ἐξήγησιν in libros Moysis, ἐπιτομήν Theodorou cuiusdam in Epistolas Pauli omnes, Neotericus est. διόπτρα: collatio corporis et animae, Gregorius Nyssenus περὶ ψυχῆς. Vitae Sanctorum cum orationibus in festis ipsorum«. (Stephan Gerlachs dess Aeltern, *Tage-Buch Der... An die Ottomannische Pforte zu Constantinopel Abgefertigten... Gesandtschaft...* Herfür gegeben durch... Seinen Enckel M. Samuelem Gerlachium... Franckfurth am Mayn 1674, p. 154).

Quae porro scripsit potius stomachantis sunt et Patriarchae, ni fallor, parum liberali, vehementer irascentis, quam accurate et diligenter examinantis:

»Türkisches Tag-Buch vom Jun. oder Brachmonat 1577. Jahrs.

Heut hab ich die Patriarchische Bibliothek besehen | und schlechte Bücher darinnen gefunden. Nur der Chrysostomus ist fast ganz | etliches von dem Athanasio | der Epiphanius über Johannem: Sonsten schier kein vornehmer Kirchenlehrer da. Der Bücher überall sind 150. liegen im Staub in einem Gewölb | und lieset niemand drinnen. Der Patriarch hat mir keines heimleyen wollen | aber im Patriarchat mög ich lesen | das vermög ihr Gesetz« (ibidem p. 360). Postea demum, ut suspicari licet, Bibliothecam diligentius excussit et illam epistolam ad Crusium scripsit, quam supra attuli.

² Cf. Wilh. Weinberger, *Beiträge zur Handschriftenkunde*, II

Quodsi de illius pristini non decurtati catalogi auctore quaeritur, de Theodosio Zygomala¹ fortasse cogitandum, qui hac aetate, qua hunc catalogum ortum esse Foerster (l. l. p. 6—8) demonstravit, annos dico 1565—1575, Patriarchalis »Notarii« officio fungebatur — ut Alexander Turyn luculenter probavit² — priusquam a. 1574 vel 1575 factus est »protonotarius«, *πρώτος τῶν νοταρίων ἤτοι γραμματικῶν*, ut cum Georgio Codino³ dicam. Addendum, quod Crusius die 5 Aprilis a. 1576

(Sitzungsberichte der phil.-hist. Kl. der K. Akad. d. Wiss. Wien, 161 (1909) Abh. IV, p. 12—13); *Wegweiser durch die Sammlungen altphilologischer Handschriften* (ibid. 209 (1930) 4, 73); V. Gardthausen, *Cataloge griechischer Handschriften*, Leipzig 1903, p. 83. Franciscus Codera (cuius librum Gardthausenus l. l. p. 83 laudavit, se eum non vidisse adnotans) *Catálogos de bibliothecas de Constantinopla* (Boletín de la Real Academia de la Historia XVIII (1891), Cuaderno IV, p. 297—303) neque de Graecis neque de Bibliothecae Patriarchalis Constantinopolitanae disputat codicibus. Otmari Schisselii accuratissimus libellus (*Kataloge Griechischer Handschriften*, Graz 1924) ad eas tantum, ut auctor praemonuit (p. IX), pertinet Graecorum librorum bibliothecas, quae nunc exstant. Qui praeterea de Constantinopolitanis bibliothecis scripserunt, alii, velut L. Bethmann (*Archiv der Ges. für ältere deutsche Geschichte... IX*, Hannover 1847, p. 645—56), F(riedrich) W(ilhelm) S(chneidewin) (*Philologus V* (1850), p. 761—2), Weissenborn (*N. Jahrb. LXXXVI* (1857)) p. 201—203), non de Patriarchatus Constantinopolitani, sed de Patriarchatus Hierosolymitani bibliotheca Constantinopoli asservata, alii, velut Villoison (*Notices et Extraits de la Bibl. Nat. VIII*, 2, p. 3—31), F. Blass (*Hermes XXIII* (1888), p. 219—33, 622—5), de Seralii agunt libris. Quae autem Bernhardy l. l. p. 726 de »Patriarchatus catalogo« habet, ea Kollarii errore non ad Patriarchatum Constantinopolitanum, sed ad Rhaedestinam pertinent bibliothecam. V. Th. Chr. Harles, *Supplementa ad Introductionem in Historiam Linguae Graecae*, II, Ienae 1806, p. 380, cf. Foerster, l. l. p. 10, adn. 1. In Pauli Maasii egregio opusculo (*Die Schicksale der antiken Literatur in Byzanz*, Gercke-Norden, Einl. I³, 1927, Nachträge p. 2) haec velim legas: »Natürlich gab es Bibliotheken, in denen (ebenso wie heute) vieles bewahrt wurde, was Jahrhunderte niemand las... Die Hochschule, der Hof, das Patriarchat müssen solche Bibliotheken besessen haben; aber Näheres können wir über keine einzige sagen«.

¹ Cuius etiam Foerster (l. l. p. 7) venit in mentem, sed illa de Sancti Lazari codice inepta fabella (v. supra p. 8, num. 4.), quae secundum viri docti opinionem ad pristini catalogi referenda esset auctorem (sed re vera a Zygomala est alienissima), ab incepto eum deterruit.

² Alexander Turyn, *De Aelii Aristidis codice Varsoviensi atque de Andrea Tarunowski et Theodosio Zygomala*, Cracoviae 1929, p. 36—9.

³ V. supra, p. 12, adn. ¹.

re vera a Theodosio Zygomala Graecorum librorum catalogum postulabat, ut e sequenti epistula elucet:

Ὡς δ' αὐτως, καὶ περὶ τῆς τῶν παρ' ὑμῖν ἐλληνίδων βιβλῶν ἐκζητήσεως σημανοῦμεν. Τέως, τὸν κατάλογον, ὡς αἰτεῖς ὄν παρ' ἡμῖν βιβλῶν εἶναι ἐπῆλθέ μοι, πέμπω: ὅπως εὐ κατὰλογον, εἰ δοκεῖ, τῶν παρ' ὑμῖν παρὰ ταύτας εὕρισκομένων, ἀντιπέμπειν δυνήσῃ¹.

Itaque vides quam apte haec omnia cohaereant et quam ob rem ille Patriarchalis Bibliothecae catalogus, Theodosii Zygomalae, Patriarchalis νοταρίον, ut Graeco utar verbo, vel γραμματικοῦ manu confectus, κατάλογος παρὰ τοῦ γραμματικοῦ κατασκευασμένος vel *catalogus... a Grammatico exhibitus* — ut apud Hartungium — appellari potuerit.

Qui catalogus non solum ecclesiasticos continet et Byzantinos scriptores, sed etiam — praeter Philemonem et Menandrum, de quo mox agemus — permultos auctores antiquos: Soluta oratione scribentes Dionem Cassium Strabonem Hermogenem Ptolemaeum Pollucem Hippocratem et poetas Homerum Aristophanem, Sophoclem Euripidem Lycophronem (v. infra Appendicem). Quae quidem minime miranda, nam simillimum auctorum delectum etiam in aliis, ut ita dicam, sacris deprendes bibliothecis, velut in Patriarchatu Hierosolymitano² et Alexandrino, in Monasterio Sancti Sepulchri vel S. Sabae, aliis³ sed, ut ratione et via disputemus, videamus nunc, fuerintne omnino etiam hac aetate Constantinopoli tot et tam praestantes Graecorum auctorum codices. Atque facere non possum quin moneam desiderari adhuc librum qui de bibliothecis Constantinopolitanis et antiquorum auctorum Byzantinis fatis fusius et accuratius agat⁴, sed hoc constat ante Constantinopolim captam (1453) uniuscuiusque antiqui litterarum generis excellentissimos scriptores, eos quoque, qui nunc non exstant, sine dubio ad necessariam suppl-

¹ Crusius, *Turcograeciae* l. VII, ep. XIV p. 448.

² Bethmann, *Archiv der Ges. f. ältere deutsche Gesch.*... IX (1847) p. 645—56.

³ H. O. Coxe, *Report to Her Majesty's Government on the Greek Manuscripts yet remaining in the Libraries of the Levant*, London 1858, p. 38—44, 45—52, 54—8.

⁴ Krumbacher l. l. p. 508, P. Maas l. l. p. 2.

lectilem omnium eruditorum pertinuisse¹. At etiam saec. XVI Constantinopoli uberrimum et paene inexhaustum Graecorum auctorum fontem fuisse non solum permulta atque omnibus nota probant argumenta², vel illi ipsi Vindobonenses catalogi, sed etiam ex eis luce clarius apparet, quae eadem ipsa Zygomaliani catalogi aetate Constantinopoli evenisse comperimus, audi ad 240 Graecos codices, circiter a. 1562 Constantinopoli Vindobonam evectos ab Augerio Busbequio. Etenim Busbequius (1522—92), qui intra annos 1555 et 1562 apud Selimum II Caesarei oratoris munere fungebatur et post suum reditum Caesareae praeerat Bibliothecae, haec in quadam revertens scribit epistula:

»Reporto item magnam farraginem veterum numismatum, quorum praecipuis donabo dominum meum. Ad haec librorum Graecorum manuscriptorum tota plaustra, totas naves. Sunt credo libri haud multo infra 240, quos mari transmisi Venetias, ut inde Viennam deportentur. Nam Caesareae bibliothecae eos destinavi. Sunt aliquot non contemnendi, communes multi. Converri omnes angulos, ut quicquid restabat huiusmodi mercis tamquam novissimo spicilegio cogere. Unum reliqui Constantinopoli decrepitae vetustatis totum descriptum litera maiuscula Dioscoridem cum depictis plantarum figuris, in quo sunt paucula quaedam ni fallor Crateuae et libellus de avibus. Is est penes Iudaeum Hamonis, dum viveret Suleimanni medici filium, quem ego emptum cupivissem, sed me deterruit pretium. Nam centum ducatis indicabatur, summa Caesarei non mei marsupij. Ego instare non desinam, donec Caesarem impulero, ut tam praeclarum autorem ex illa servitute redimat. Est vetustatis iniuria pessime habitus, ita extrinsecus a vermibus corrosus, ut in via repertum vix aliqui curet tollere. Sed literarum abunde est, ipsum me propediem expecta... Vale, Francofordiae die 16 Decembris 1562«³.

Nonne haec primo aspectu tam mirabilia videntur, ut ea — nisi aliis documentis probarentur — sine dubio pro re ficta et falsa haberes, considerata praecipue illa horum hominum pompa et redundantia dicendi? At statim moneo rem ipsam plane veram

¹ P. Maas l. l. p. 2.

² Cf. Foerster l. l. p. 12—3, Bernhardy l. l. p. 726—7.

³ Augerii Gislenii Busbequii *D. Legationis Turcicae Epistolae quattuor*, Francoforti 1595, Ep. IV p. 314.

esse, ut sine controversia comprobari potest. Nam non solum circiter a. 1577 Gerlachius ad Crusium scripsit »D. Augerium Bosebecum, S. Caesareae M. Consiliarium et Byzantii oratorem, aliquot cistas manuscriptorum secum extulisse«¹, sed etiam illi 240 fere Graeci libri manuscripti — etsi »totas naves« explere procul dubio non poterant — tamen, ut Lambecius testatur², re vera Vindobonam sunt advecti, et circiter a. 1576 Caesareae Bibliothecae a Busbequo »addicti et consecrati«, eius manu signati, tanta dignitate excellentes, »ut iam decem eorum pretium 1000 florenorum excederent«. Etiam Dioscorides ille, de quo Busbequius narrat, in Bibliothecam Caesaream pervenit, celeberrimus Iulianae Ariciae codex (περὶ ὕλης ἰατρικῆς), egregie depictus, saec. V exaratus (Vindob. Med. Gr. I.)³.

Itaque nihil impedit, quominus etiam saec. XVI Constantinopolim, ut ita dicam, Graecorum et quidem excellentissimorum codicum plenam esse accipiamus⁴, quod quidem inter omnes tum notum erat, ut Europaeorum legatorum et oratorum testantur studia et conatus quam plurimos libros in patriam reportandi⁵.

Vindobonenses catalogos — et in eis illum, quem ad Bibliothecam Patriarchalem Constantinopolitanam referendum esse supra demonstravi — cum Busbequii nomine coniunxit Constantinus Sathas, apud quem legimus: »Dans la bibliothèque impériale de Vienne existe un catalogue très-long des mss. grecs conservés aux bibliothèques de Constantinople vers 1570, redigé sur la demande du célèbre Augerius Busbecke, alors ambassadeur de l'empereur Ferdinand près le sultan Selim II«⁶. Cui opinioni — a Constantino quidem Satha nullis testimoniis fundatae — Foerster (l. l. p. 12) praefracte se opposuit his praecipue usus argumentis, quod hi catalogi circa a. 1570 Busbequii iussu omnino scribi

¹ Turcogr. p. 497.

² L. l. p. 75 sq., 77 sq., 118—9.

³ Cf. W. Christ-O. Stählin, *Gesch. d. Griech. Litt.*⁶ II 1, München 1920, p. 454. Sed perperam, ut e Busbequiana epistula (v. supra p. 21) clare elucet, »a. 1555 codicem Constantinopoli a Busbequo emptum esse« dicit.

⁴ Cf. Jacobs (supra p. 7, adn. ⁵) l. l. p. 92.

⁵ De hac re et praecipue de Polonorum eximiis partibus in Graecis libris »a servitute Turcica liberandis« — quae quaestio peculiaris libri indiget — Alexandrum Turyn velim consulas, l. l. p. 64—6, cf. Foerster l. l. p. 4—6.

⁶ L. (supra p. 13, adn. ¹) l. l. p. 189.

non possent, cum ille (v. supra p. 21) iam a. 1562 Constantinopolim reliquisset et quod, cum omnes codices Busbequiani Vindobonenses eius autographum prae se ferrent, hic (codicem Hist. Gr. 98 Nessel, supra, p. 7 sqq., descriptum, intellege) hoc signo careret.

Quae argumenta tamen stare non possunt. Nam primum minime erat necessarium, ut Busbequius ipse hos catalogos Vindobonam portaret, cum facillime — aut decedens aut posteriore tempore — cuivis mandare posset, ut hos catalogos conficeret et sibi mitteret — simili ratione atque in Lemniaco factum erat negotio, de quo haec scribit:

»Antequam Constantinopolim decessi, medicum Hispanum nomine Albacarum misi in Lemnum, ut illic sexta die Augusti effodiendae nobili illi terrae interesset, ut omnia certa de eius sede et scaturigine ratione ad nos perscriberet, quod facturum non dubito, nisi quae vis maior obtisterit. Me quidem diu cupiditas tenuit eo traiciendi ut ipsemet testis oculatus essem, id quando per Turcas licitum non est, operam dedi, ut saltem idoneus testis auritus fierem«¹.

Itaque etiam hi catalogi Busbequii iussu (fortasse aliquot annis post) confici et mitti poterant, ut coniectura ducor ad suspicandum, simul cum illo Dioscoride, qui item, ut e Busbequii patet epistula, non a Busbequio ipso, sed per alium nescioquem est emptus et Vindobonam missus.

Neque eis, quae Foerster de Busbequii autographo exposuit, credendum, nam Busbequius, ut manifestum est, Graecos tantum ipsos auctorum signavit codices, Constantinopoli allatos, quos Bibliothecae Caesareae legavit, non codicum catalogos singulis fasciculis scriptos (v. supra p. 9), quos sibi ipsi conficiendos curavit et qui in hanc bibliothecam non ex eius, sed e Tengnagelii testamento circiter 40 annis post Busbequii mortem pervenerunt, ut supra (p. 11) vidimus.

Quae cum ita sint, verisimillimum videtur, hos catalogos Busbequii iussu esse confectos et perspicuum est eis illas ipsas repraesentari Graecorum codicum copias, quae tunc in permultis Constantinopolitanis bibliothecis et praecipue in Patriarchae asservabantur thesauro.

¹ L. (supra p. 21, adn. ³) l. p. 313—4.

3.

Nunc quoniam omnia de huius bibliothecae catalogo eiusque origine et indole comperimus, ad institutam disputationem revertamur et de Menandro videamus, hoc praecipue quaerentes, verane haec sint putanda, quae — ut iam vidimus — in Bibliothecae Patriarchalis Constantinopolitanae catalogo, sub n. 2. commemorantur: τοῦ μενάνδρου τὰς κωμωδίας ὅλας τὰς εἰκοσιτέσσαρας· καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰς ὁ ὑπέρτιμος κύρ μιχαήλ ὁ ψελλός.

Quem locum Carolus Krumbacher, vir eximia excellens doctrina, e vestigio omni fide spoliat et, quamquam nullas affert rationes, eum prorsus »eine absichtliche Fälschung« et »eine plumpe Mystifikation« nuncupat, optime — eius quidem opinione — huic falsariorum aetati consentaneam¹. Quod a viro doctissimo vere quadam ex parte, non totum dicitur. Ego enim non ignoro hac aetate praecipuam pullulavisse fingendi licentiam et, ut cum poeta dicam, nimiam fallendi voluptatem — ipse quoque nonnulla ad hanc rem adieci illustrandam² — sed vereor, ne Krumbacher nimis diligenter inutiles amputans ramos, totam enicet arborem, et non

¹ L. I. p. 509: »Leider ist die Glaubwürdigkeit dieser Freudenbotschaft aus vielen und gewichtigen litterargeschichtlichen Gründen ernstlich zu bezweifeln. Wenn es mir auch nicht möglich ist, auf meine Bedenken näher einzugehen, so will ich zur Bezeichnung meines Standpunktes doch bemerken, dass ich die auf die genannten Historiker und Komödiendichter bezüglichen Angaben der Verzeichnisse für eine absichtliche Fälschung halte. (Obschon selbst ein Forscher wie Fr. Bücheler, Philologische Kritik, Bonn 1878, S. 11, diese Kataloge als glaubwürdig betrachtet. Auch K. Sittl glaubt dieselben zur Widerlegung der Fabel von der Verbrennung der Profandichter durch byzantinische Theologen (s. S. 505f.) verwerten zu dürfen (Berliner philol. Wochenschr. 1890, S. 472). Nach Gründen, die zu einer so plumpen Mystifikation führen mochten, braucht man in jener Blütezeit der Schwindelliteratur und des Handschriftenhandels nicht lange zu suchen. Immerhin wäre es eine dankeswerte Aufgabe, diese Kataloge ausführlich durchzunehmen und zu kommentieren«.

² G. Przychocki, *De Richardi Croci (Iohannis Flandrensis) studiis Nazianzenicis* (Richard Croke's search for patristic M^{ss} in connexion with the divorce of Catherine), *The Journal of Theological Studies* XIII (1912) 50, p. 285—95. De »membranis« et »vetustissimis exemplaribus«, quo nomine hac aetate nonnumquam recentissimi libri appellantur, v. G. Przychocki, *Watykańskie rękopisy listów św. Grzegorza z Nazjanzu*, *Eos* XVI (1910) p. 101, adn. 2. Idem, *Grób Owidjusza w Polsce*, Warszawa 1920, p. 10.

concedo, ut omnis, quaecumque hac aetate de scriptoribus, nunc deperditis, facta fuerit mentio, necessario falsa et ficta sit putanda. Atque si vir doctissimus l. l. postulavit, ut hi catalogi accuratius examinarentur et explicarentur, ad hanc quaestionem profligandam haud spernenda quaedam modo adiecisse mihi videor, cum praecipue demonstravissem non de quavis una ex multis, sed de Patriarchali hic agi Bibliotheca de eiusque catalogo, quem ipse Theodosius Zygomalas composuisse videtur.

»Menandri« autem »Comoediae, cum Michaelis Pselli commentario«, quae in hoc catalogo commemorantur, ad illam longam Psellianorum operum pertinent seriem, quae Patriarchae nesciocui, eximio Pselliani ingenii, ut patet, admiratori deberi videtur. Haec enim Pselli enumerantur opera:

ζ'. ἱστορικόν,
 ιθ'. ἰατροσόφιον,
 λς'. ἀστρονομικόν.

et hi commentarii:

λ'. βιβλίον φιλοσοφικόν, κυροῦ μιχαήλ τοῦ ψελλοῦ εἰς τὰ φυσικὰ τοῦ ἀριστοτέλους.

ξα'. μυστικὴ φιλοσοφία, μετὰ τὴν ἐξήγησιν κυροῦ μιχαήλ τοῦ ψελλοῦ καὶ ὑπερτίμου.

ρλβ'. μιχαήλ τοῦ ψελλοῦ καὶ ὑπερτίμου· ἐξήγησις εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ ἀριστοτέλους.

ρλε'. ἐξήγησις καὶ διήγησις πάνυ ὠφέλιμος, εἰς τὰ τοπογραφικὰ· στράβωνος καὶ πτολομαίου· παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυροῦ μιχαήλ τοῦ ψελλοῦ.

ρμβ'. τοῦ σοφωτάτου κυροῦ μιχαήλ τοῦ ψελλοῦ· ἐξήγησις εἰς τὴν ἀριθμητικὴν.

ργ'. τοῦ ἵπποκράτους εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσαρα· καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰ ὁ γαληνός· καὶ πάλαι εἰς τοῦ γαληνοῦ τὴν ἐξήγησιν, ἔχει ἑρμηνεῖα ὁ σοφώτατος μιχαήλ ὁ ψελλός¹.

¹ Quae vereor ne non omnia a Krumbachero (l. l. p. 433—44) sint tractata. Praeterea Pselli opera, magnam partem quod sciam inedita, in aliarum quoque bibliothecarum catalogis laudantur, velut in Manuelis Eugenici bibliotheca (Foerster l. l. p. 25—6). γ'—δ' [τοῦ... κυροῦ λιβανίου αἱ ἐπιστολαὶ αὐτοῦ πάντες] καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰς ... κῆρις μιχαήλ ὁ ψελλός. λα' ἑρμηνεῖα εἰς τὸ τοῦ δαβὶδ ψαλτήριον διὰ στίχων πολιτικῶν. λβ' ἑρμηνεῖα εἰς τὸν γρηγόριον τὸν θεολόγον διὰ στίχων πολιτικῶν. λγ' ἑρμηνεῖα εἰς τὴν βίβλον τοῦ διοσκορίδου διὰ

Qui commentarii sine dubio ad eius scholas redeunt in Academia Constantinopolitana habitas, in quibus non solum ut ὑπατος vel πρῶτος τῶν φιλοσόφων philosophos interpretabatur, sed, ut erat tot disciplinarum et artium studiis deditus, etiam permultos alios explicabat auctores antiquos velut Strabonem Ptolemaeum Galenum Homerum¹ alios poetas et in eis, ut suspicari licet, Menandrum. Etenim κρίσις ποιημάτων praecipuo in Academia Constantinopolitana studio colebatur². Sed ipsum audias velim Psellum, de suis studiis et scholis narrantem:

Ἐγκώμιον εἰς τὴν μητέρα αὐτοῦ, φ. 85 (K. N. Cάθας, Μεσ. Βιβλ. Τόμος Ε΄, Ἐν Βενετία 1876, p. 59—60).

Ἄλλ' ἐπειδὴ μοι ὁ βίος τοιοῦτος ἀπεκληρώθη ὥστε μὴ ἐαυτῷ μόνῳ ἀρκεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις προκεῖσθαι καὶ διδόναι ἀνέεσθαι, οἷα δὴ τις κρατὴρ τῶν ναμάτων ὑπερχειλῆς, διὰ ταῦτα καὶ σοφίας τῆς θύραθεν ἄπτομαι, οὐχ ὄση θεωρητικὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὄση πρὸς ἱστορίαν καταβαίνει καὶ ποιήσιν· καὶ γὰρ καὶ περὶ ποιημάτων πρὸς ἐνίους τῶν ὁμιλητῶν φθέγγομαι, καὶ περὶ Ὀμήρου καὶ Μενάνδρου, καὶ Ἀρχιλόχου, Ὀρφέως τε καὶ Μουσαίου, καὶ ὅποσα καὶ τὸ θῆλυ ἦσαν Σίβυλλαί τε καὶ Σαπφῶ ἢ μουσοποιοίς, Θεανῶ τε καὶ ἡ Αἴγυπτία σοφῆ. Πολλοὶ δέ με καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ὀνομάτων κατελιπάρησαν, ὥστ' εἰδέναι, τί τὸ ἀκράτισμα... καὶ τίς ἢ παρ' Ὀμήρῳ ὄρχησις, καὶ ὅπως τίς ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ ἠρωϊκὸς βίος, τί τε ὀψοφαγία... ἐῷ λέγειν ὅποσα μοι παρέχουσι πράγματα· τίς ὁ Ἀλεξίς καὶ ὁ Μένανδρος, καὶ ὁ αὐτόσιτος Κρῶβυλος, καὶ ὁ Κλείσοφος [sic Sathas, Annuaire I. I. p. 196], καὶ εἴ τις ἕτερος ποιῆσει λεγόμενος χρήσασθαι.

στίχων πολιτικῶν. (De Dioscoride cf. Foerster I. I. p. 8). In S. Sepulcri Monasterio: Ψελλοῦ Μιχαὴλ πρὸς τὸν πατριάρχην Μιχαὴλ περὶ χημικῆς τέχνης (cf. Bethmann I. supra p. 8 adn.¹ I. p. 646), πρὸς τὸν Μιχαὴλ τὸν Κομνηνὸν κεφάλαια θεολογικά, σύνοψις ἐν ἐπιτόμῳ τῶν νομικῶν κεφαλαίων διὰ στίχων, νομικὰ κεφάλαια (Cάθας, Μεσ. Β. I 1872, p. 312). In Patriarchatu Alexandrino: »Pselli opuscula varia« (Coxe I. supra p. 20 adn.³ I. p. 42), in monte Atho (Krumbacher I. I. p. 507); cf. Spyr. P. Lambros, Catalogue of the Greek manuscripts on Mount Athos I p. 195 et II p. 570 (cuius libri Alexander Turyn me commonefecit). Pselli opuscula, post Krumbacheri librum laudatum edita, videas apud L. Sternbachium, Analecta Byzantina, Česke Muzeum Filol. VII (1901), p. 314—9 et in editione: Michaelis Pselli Scripta Minora, ed. E. Kurtz et Fr. Drexl, Milano 1936.

¹ Cf. Krumbacher I. I. p. 443.

² Fuchs I. I. p. 29—33 et 46.

Ἑρμηνεῖαι εἰς κοινολεξίας, 5. Εἰς κοινολεξίαν. τό, ὅτι ἔφθασεν (K. N. Cάθac, Μεc. Βιβλ. I. I. p. 538).

Ζηλωταὶ δὲ ἐκάστου τῶν χαρακτήρων ἄλλοι ἄλλου γεγονάσιν, ποιηταὶ τε καὶ λογογράφοι, καὶ τῶν ποιητῶν ὅσον ἐποποιόν τε καὶ τραγικόν, κωμικόν τε καὶ σατυρικόν καὶ Αἰσώπειον. Αὐτίκα Αἰσχύλος μὲν τραχύνει τὴν ἀκοὴν οὐκ εὐήχοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τραχέει καὶ δυσφώνοις εἰς ὄγκον ἐξαίρων τὴν ποίησιν· μικρόν τι τούτου ἀποδῆι Σοφοκλῆς, λειότερον δὲ τὸν λόγον μεταχειρίζεται ὁ Φλιάσιος Εὐριπίδης. Τῶν δὲ κωμικῶν, Ἀριστοφάνης μὲν βάνανός ἐστι τὰ πολλά, καὶ θηλυμανής, παίζων ἐν τοῖς ὁμοίοις σχήμασιν, ἀντιθέτοις καὶ παρίοις καὶ τοιοῦτοις δὴ τις βωμολόχοις παίγμασιν ἢ σπουδάσμασι τὴν κωμικὴν καθυβρίζων σκηνήν· τὰ δέ γε Μενάνδρεια, τούτων μὲν καταπεφρόνηκε, μεγαλοπρεπῆ δέ εἰσι καὶ διερρυηκότα τοῖς ἀπαλοῖς ῥήμασι· τοιαύτη καὶ ἡ τοῦ Πινδάρου μούσα καθέστηκεν· εἰ γὰρ καὶ πρὸς αὐτὸν ἠρόσατο τὰ ποιήματα, ἀλλ' οὐ μουσουργεῖ αὐτῷ τὰ ὀνόματα ἢ πάμφωνος ἀρμονία, ἀλλ' ἡ σύντονος κράσις καὶ τὸ ποιητικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς λέξεως. Ἐξηρήσθω τοῦ λόγου ὁ ποιητής· οὗτος γὰρ τὴν διὰ πασῶν ἀρροσάμενος, κατάλληλος τοῖς ὑποκειμένοις ἐστὶ.

Quibus quidem satis dilucide Pselli studia comica et Menandrea comprobari videntur, sed Krumbacher eis quoque fidem denegandam esse censet, cum eiusmodi locutiones ipsis auctorum operibus minime indigere existimat. Psellum praeterea de Menandro narrare potuisse eius tantum Gnomis (Monostichis), quae vocantur, perlectis, easque ipsum significare voluisse eo loco, ubi cum Aeschyle Sophocle Euripide Aristophane non Menandrum, sed τὰ Μενάνδρεια laudet. Hic quoque viro doctissimo obloqui audeo, etsi Michaelis Pselli versipellis, ut ita dicam, natura — quam nemo melius quam Krumbacher descripsit — minime me fugit. Nam ipsum vocabulum τὰ Μενάνδρεια — si re vera, secundum Krumbacheri opinionem, Monosticha tantum et non generatim »ea quae Menandri sunt«, significat — plane probare potest, praesertim Menandro expressis verbis alibi commemorato, Psello, aequae atque Choricio (v. supra p. 3) non solum Menandri comoedias, sed etiam eius Gnomas, quae vocantur, notas fuisse. Facere tamen non possum, quin moneam miram sane futuram fuisse Monostichorum comparisonem cum Aeschyle Sophocle Euripidis Aristophanis fabulis, quarum elocutionem et stilum, ut patet, perpendit. Ceterum si haec forte non placent, ad Stern-

bachi sine me provocare opinionem — quam vir harum rerum peritissimus benigne mecum communicavit — Menandri, quae vocantur, Monosticha numquam vocabulo τὰ *Μενάνδρεια* nuncupari.

At suspicari possumus pristini catalogi auctorem, eis ipsis Pselli verbis usum, praeclarum illum Menandream locum finxisse, ut Psellianorum operum coronaret syllogen atque, quo clarius haec omnia fulgerent, Philemonem quoque addidisse; decurtatum quidem (δὲν ἔχει τὸ τέλος), quo facilius fraus occultaretur. Audio. Sed, si haec vera sunt, unde et quam ob rem numerum XXIV comoediarum sumpsit, cur non addidit Sappho vel Archilochum, de quibus idem Psellus et eodem loco narrat, vel cur verum Pselli Homericum omisit commentarium, etsi Iliadem (ρκ´) enumeravit? Quae omnia item dissimulandi doli causa tam incredibili sollertia a nescioquo esse excogitata equidem non tam facile adduci possum ut credam, atque si vera sunt, quae supra de Theodosio Zygomala catalogi exposui auctore, nemo fortasse invenietur, qui patriarchicum notarium tantae fraudis reum faciat.

Neque, si de eo cogito, qui hunc catalogum excerpserit, ullam sanam video fraudis rationem. Nam consentaneum erat eiusdem saeculi priore dimidio Henrici VIII Britannorum regis legatis, Epistulas Gregorii Nazianzeni tanto labore et tanta pecunia quaerentibus, falsarios quosdam fictas epistulas et adulterinos librorum catalogos obtrusisse aut obtrudere studuisse¹, sed hoc loco Menandrum vel alios comicos neque ipse Busbequius quaerebat, ut ex eius epistulis elucet, neque ille, cui bibliothecas explorandas et describendas mandavit, neque porro catalogi decurtati auctor ignotus, qui — non tam eximia doctrina vel intellegentia praeditus — si cui omnino, Sancto Lazaro potius aut Cardinali e Santacrueiis praecipuam dat operam, non Menandro². Deinde operae pretium esset fortasse — famosi illi animo obversantur codicum falsarii et venditores Diassorinus Palaeocappa alii — Menandri comoedias fingere et perscribere, sed cum haec ne cogitari quidem possent, quatenam ratio esset, obsecro, mercem, quae praesto non esset, venditare, et quidem in Bibliothecae Patriarchalis catalogo, cuius

¹ G. Przychocki, *De Richardi Croci... studiis Nazianzenicis* (cf. supra p. 24, adn. 2), p. 287, 294.

² Cf. supra p. 19, adn. 1. Quid, si ipse Lambecius, qui hunc catalogum cum aliis editurus, observationes et emendationes suas praemisit, ne uno quidem verbo Menandrum animadvertit (l. supra p. 7 in adn. 1 p. 269).

codices omnino non venibant? Menander rursus in hoc praestantissimae et antiquissimae bibliothecae catalogo simul cum Homero Sophocle Euripide Aristophane commemoratus, nonne tibi eandem in mentem revocat poetarum seriem, quae iam in Oxyrhynchico, a quo orsus sum (v. supra p. 1), apparet librorum indice et fortasse quendam, iam inde ab antiquitate constitutum, repraesentat auctorum delectum?¹ Bibliothecam Patriarchalem autem omnium Constantinopolitanarum tunc fuisse locupletissimam iam e magno decurtati catalogi librorum conici potest numero, antiquissimam autem fuisse ex hoc perspicitur, quod, ut supra (p. 14) monui, iam a. 680 commemoratur.

Denique facere non possum, quin moneam hos catalogos omnino non spernendos esse visos Bernhardyo (l. l. p. 726) harum rerum investigatori religiosissimo, et ipsum Menandreum catalogi locum, tantopere Krumbachero suspectum, omni fide dignum esse visum Buechelero², et Sittlio³, qui vereor ne Buechelero non noverit opinionem.

Atque Buechelero iudicium — qui non erat quivis unus e populo, sed existimator doctissimus et intellegens — a viro docto plane contemptum esse equidem numquam mirari desinam.

Quae cum ita sint, vere mihi hoc videor esse dicturus, excellentissimum Byzantinae aetatis investigatorem fortasse ultra progressum esse, quam ut veritas postularet et virum venerandum idcirco nulla fraudis, quam suspicatus est, attulisse documenta, quod nulla omnino afferri possent⁴. Quid, quod nuper Iacobsius

¹ Oldfather l. l. p. 88 haec habet de Byzantinorum aevo ineunte: »The interest is centered on a few writers such as Euripides, Hesiod, Homer, Menander, who have been the favorites for generations past. The lines are already set of the »classic tradition«.

² F. Buecheler, *Philologische Kritik* (1878): »Lernten wir doch eben aus Verzeichnissen von Büchern in und um Konstantinopel, dass noch ganz andere Raritäten gegen 1570 dort bewahrt wurden, Komödien des Menander und Philemon, Geschichten des Ephoros und Theopomp« (Kleine Schriften II, Leipzig 1927, p. 242, cf. supra p. 24, adn. 1).

³ K. Sittl in Nageottii libro, *Histoire de la poésie lyrique grecque*, Paris 1888—9, recensendo (Berl. Philol. Wochenschr. 1890, p. 472, cf. supra p. 24, adn. 1): »... die Fabel des Demetrios Chalkondylas (cf. supra p. 4—5) ... ist ... falsch, in unserem Falle aber kann bezüglich des Menander aus den von R. Förster voröfentlichten Katalogen des XVI Jh. die Unrichtigkeit positiv bewiesen werden«.

⁴ Rhædestini demum catalogi ignotum auctorem, tanta excellen-

de Maurocordati libris docte disputans, luce clarius demonstravit in Phanari bibliothecis etiam saeculo XVIII summi pretii fuisse libros Graecos, saeculis IX et X exaratos, atque Graecos Constantinopolitanos posteriore saeculi XVI dimidio — qua aetate Menander in Patriarchalis Bibliothecae catalogo commemoratur — in bibliothecis suis praestantissimos eosque unicos possedissee codices? ¹

Itaque eadem — omnibus quae supra exposui consideratis — de Patriarchae quoque Bibliotheca contenderim et inter eius codices hac aetate — saeculi XVI posterius dico dimidium — etiam Menandri comoedias fuisse asservatas equidem credere haudquaquam dubitaverim. Sed quoniam communis virorum doctorum est opinio Menandrum iam IV saeculo a discipulis legi desitum esse, cum scholarum magistri e Aristophane potius quam e Menandro puram linguam Atticam ediscendam esse sibi persuasissent ², et praeterea nihil certi adhuc comperimus de partibus, quas Menander post Choricii praecipue aetatem (VI saec., cf. supra p. 3) extra scholam egisset, cautissimo opus est iudicio et ea, quae de Menandri comoediis Pselli atque adeo Zygomalaee aetate exstantibus accipi possunt, etsi verisimillima sunt, nunc quidem non statim vera ducenda ab eo dumtaxat, si qui ea nescioquo monumento forte fortuna reperto, aut aliis documentis in lucem prolatis, ut in Busbequiano negotio, sine omni controversia comprobata habere velit. Etenim rudis illa adhuc Byzantarum litterarum indigestaque moles, nondum adeo est excussa et explorata — si a Sternbachii

tem incuria et negligentia (v. supra p. 10—11) Menandrum suum et Philemonem, e Patriarchalis Bibliothecae catalogo surreptos, miseris scriptis suis decorandi causa appinxisse equidem putaverim.

¹ E. Jacobs l. supra (p. 7, adn. ²) l. p. 92: »Es unterliegt keinem Zweifel, dass in griechischen Privatbibliotheken Konstantinopels in der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts noch Stücke von höchstem Werte, Unica zu finden gewesen sind«. p. 96: »Tun diese Notizen von der Handschriftensammlung Maurokordatos dar, das phanariotische Bibliotheken noch im 18. Jahrhundert so Einziges besassen, so wird man, wenn Bücherkataloge des 16. Jahrhunderts ein Gleiches aufweisen, vorsichtig mit dem Vorwurf der Fälschung sein müssen«.

² Th. Sinko, *Lit. gr.*, I 2, p. 759. At etiam saeculo IV—V Menandrum in scholis lectitatum esse testantur papyri Aegyptiae: Oldfather l. l. p. 77. Sed cf. *ibid.* p. 86—7.

et Maasii operibus discesseris —, ut nobis satis aperte antiqua ostendat fundamenta et subtemina¹.

Quod autem ad Pselli commentarium Menandreum attinet, eum tandem aliquando proditurum esse credo, velut — uno tantum liceat uti exemplo cum tot Pselliani exstent codices, nondum excussi (v. supra, p. 25, adn. ¹) — Physicorum ille Aristoteleorum commentarius, in eodem Bibliothecae Patriarchalis catalogo laudatus (ἡ βιβλίον φιλοσοφικόν, κυροῦ μιχαήλ τοῦ ψελλοῦ εἰς τὰ φυσικὰ τοῦ ἀριστοτέλους) mea quidem opinione in illo ipso Berolinensi latet codice, Philipp. 1514, cuius Krumbacher mentionem fecit².

Atque cum bene noverim, vel e Pselli Homericis, eius incredibilem facultatem tanto hiatu tamque graviter ample copiose orname de exiguissima re dicendi et explicandi, sane eadem etiam de eius curis et studiis Menandreis tenenda esse puto; at tamen, si quando nota erunt, vide ne — summa quidem cautione adhibita — tandem quaedam ad Menandrum cognoscendum afferant, etiamsi comici notitiam non eius ipsis comoediis, sed aliorum scriptis — nobis forte ignotis — debeant, velut nuper Theopompei libri numerum e Pselliano, recentissime edito, cognovimus opusculo, in quo Psellus integriorem quam nobis praesto est, adhibuit Athenaei textum³.

Postremum igitur Menandrearum comoediarum vestigium — si summam verisimilitudinem spectes — ea sunt putanda, quae saeculi XVI posteriore dimidio in Patriarchalis Bibliothecae Constantinopolitanae exstant catalogo Zygomaliano. Nam rumor ille, qui circa a. 1814 perccebruit: »in monte Atho repertum esse magnum numerum fabularum Menandri ac Philemonis«, cum »ad LXXX narrarentur«⁴, mera fabula

¹ Cf. Krumbacher l. l. p. 508.

² L. l. p. 437: »Wie weit der kurze Kommentar zur Physik des Aristoteles, der z. B. im Cod. Berol. Philipp. 1514 dem Psellos zugeschrieben wird, gesichert ist, bedarf ebenfalls noch der Untersuchung«. Pselli commentarium, in Latinum conversum, Comotius a. 1544 edidit (Krumbacher l. l. p. 442).

³ P. Maas, *Psellos und Theopompos*, Byz. Neugriechische Jahrbücher XIII (1937), p. 1—4. Cf. Id. *Psellos und Athenaios*, Byz. Neugriech. Jahrb. XIV (1938), sub *prelo*.

⁴ Fried. Aug. Wolff, *Litterarische Analekten*, I, Berlin 1816, p. 233—6.

